



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1765

VD18 90118243

§.21. Concilia Burdigalensia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66255)

quos Ecclesiæ vel proximo injuriam in- Sæcul XIII.
A.C. 1263.
tulisse comperirent Judices. Sed ad hos
non pertinet, reponebat Episcopus, rerum
nostrarum cognitionem capere. Et Rex
negabat, se id aliter facturum. Perpe- Sup. Lib. 81.
§. 6.
ram enim agerem, addebat, si ad rogan-
dam suppliciter absolutionem compelle-
rem illos, quos non auditos Ecclesiastici
injuria afficerent. Exemplum habetis
in Britanniæ Comite; qui, quamvis pro-
scriptus esset, cum Præfulibus provinciæ
suæ septem annis litigans tam bene cau-
sam defendit suam, ut denique Papa pro
eo contra illos pronunciaret. Jam, si
primo eum anno adstrinxisset, ut se ab-
solvendum curaret, fuissest coactus Præ-
fulibus id cedere, quod ab ipso inique po-
stulabant: qua in re Deum & Comitem
graviter offendissem. Præfules, quod
huic Regis responso opponerent, non ha-
bebant.

§. XXI.

Concilia Burdigalensiæ.

Cleri hac de materia regulas indicant
duo ejusdem temporis concilia, quo- to. II. p. 820.
rum utrumque in provincia Burdigalensi
Archiepiscopus Petrus Roncevallius &
primum quidem Connaci anno 1262 sui
Pontificatus primo celebravit. Ibi hæc
leguntur verba: Quos Dei timor a malo
c. 3.

Dd 3 non

Sæcul. XIII.
A.C. 1263.

non cohibet, illos pœna temporalis coer-
ceat, oportet. Quapropter volumus, ut
Barones cæterique, qui jurisdictionem
profanam habent, per censuram ecclesi-
sticam cogantur proscriptos ad repeten-
dum Ecclesiæ sinum ipsorum bona suæ
potestati subjecta occupando vel alia ra-
tione compellere. Alterum Concilium
hoc anno 1263 convocatum præcipit, ut
is, qui anathema per anni spatum tolera-
verit, hæreticus censeatur ac denuncie-
tur: id quod eo spectabat, ut ille pœnis
temporalibus per leges contra hæreticos
statutis addicatur. Mandat etiam, ut
quisvis Parochus chartam teneat proscri-
ptorum nomina continentem, ex qua eos
denunciare possit, prout ipsi Judex injun-
ixerit. Adhæc imperat, ut ne in mortis
quidem articulo quisquam censuris exfo-
latus credatur, nisi de absolutione illius
per litteras Judicis, qui ei censuram irro-
garit, constet.

p. 823.
c. 2.
c. 6.

c. 1. 7.

§. XXII.

*Papa in declarando Imperatore Ro-
mano identidem tergiver-
satur.*

Imperium Germaniæ etiamnum vacabat
ab obitu Friderici, nempe amplius an-
nis duodecim: & duo competitores, Al-

phon-